

sus jus redimendi rem venditam ex parte venditoris exceptionem nullam supponit; neque factum interruptivum Præscriptionis occurrat. Ergo non est paritas.

304. Sed quid, si inter contrahentes pactum re-

§. V.

De obligationibus ex Delicto.

305. Delictum dividitur in ordine ad præsens institutum in *privatum*, in quo solummodo attenditur læsio privati, seu, ut alii differunt, de quo civili potissimum actione experiuntur ii, ad quos agendi jus pertinet; & *publicum*, in quo principaliter attenditur læsio Reipublice, sive in quo potissimum experiuntur actores seu accusatores criminali-

306. Ex delictis privatis oritur obligatio personalis, civilis vel prætoria, cui è diametro responderet actio personalis civilis vel prætoria. Ex delictis publicis emanat obligatio personalis ad sustinendam pœnam, Legibus publicis dictatam, cui ex adverso responderet actio criminalis seu potius accusatio ad debita contra reum supplicia expetenda.

De obligationibus & actionibus prioris speciei non est, quod circa Præscriptionem controversum scio; dicam tamen aliquid, ubi ad tempus Præscriptionis, in singulis actionibus requisitum, devenero.

De obligationibus & actionibus seu accusationibus posterioris speciei præter determinationem temporis, infra commodius faciendum, tria hic discutienda se offerunt. I. est, utrum Præscriptio in causis criminalibus solummodo contra accusatorem, an etiam contra Judicem curat? II. est, utrum Præscriptio adversus actorem, & Judicem procedat, esto ignoraverint, crimen esse admissum? III. est, utrum reus, elapsò Præscriptionis tempore, crimen confessus, possit adhuc pœnali iudicio percelli? Sequor in resolutione potissimum vestigia profundissimi Jcti D. Gletle in *Furiprud. verribili tom. 1. part. cap. un. §. n. 20. 21. & 22. & Sabelli in summa §. delictum n. 7.* Et

309. Dico I. Non tantum accusator sed etiam Judex Præscriptione in causis criminalibus repellitur. Probatum tum ex *l. anni spatium. 2. §. un. & l. quancumque 3. ff. de Requir. vel absent. damnandis*, in quibus, dum absolutè deciditur, quancumque questionem, sicut occasione criminum competentem, Præscriptione vicennali submoveri, deducitur, etiam Judicem, qui plerumque jura fiscalia tuetur, submovendum esse: tum quia etiam in civi-

vendendi expressè ac reflexè ultrà 10. annos fuerit extensum, an nihilominus Præscriptio tricennalis vel alia eum habeat effectum? Responsio ex *cap. 3. a. n. 27.* cum distinctione, ibidem insinuat, resumenda est.

libus actionibus Præscriptio tam contra actorem quam contra Judicem vim fortitur: ut adeò nec in criminalibus aliud dicendum videatur, cum ratio boni publici fudeat, ut æquè accusatoribus atque actoribus post diuturnum silentium os obstruat: tum quia parum prodest Præscriptio, si accusatoris solum vocem, & Judicis non etiam manus liget, ut, qui humana fragilitate in scelus est prolapsus, inter sacrum & laxum continuò peadere debeat.

Si ingeras: iniquum esse, reum lapsu temporis ab omni pœnarum metu liberari: regero ego, uti in civilibus iniquum non est, reum aliquando ab omni exactionis metu liberari; ita nec in criminalibus iniquum esse, reum aliquando à suppliciorum timore abolvi.

Dico II. Judex unà cum accusatore in causis criminalibus excluditur, licet criminosè uterque ignoraverit. Colligitur ex *l. mariti 29. §. l. quinquennium 3. ff. ad l. Jul. de adult. ubi quinquennium ad accusationem, adulterii concessum, dicitur esse continuum & non utile.* Ergo etiam contra ignorantem currit. Ergo nec Judex nec accusator post tempora Præscriptionis quidpiam juris habent in crimine, licet ignoraverint. Et ratio est: quia in causis civilibus quoque non attenditur ignorantia vel scientia adversarii, uti trademus suo loco. Ergo nec in criminalibus erit attendenda.

Dico III. Reus, post elapsam Præscriptionis tempora crimen confessus, nequit pœnali iudicio percelli. Probatum: quia, post elapsam Præscriptionis tempora crimen perimitur, ac perinde habetur, ac si non fuisset admissum *arg. dictorum in n. 309* Sed qui crimen, nunquam admissum, est confessus, nequit pœnali iudicio percelli. Ergo reus crimen, Præscriptione peremptum, confessus nequit, percelli &c. Confirmatur à paritate, ex causis civilibus desumpta: ibi enim, nõ attendit confessio, reus post lapsum requisitum temporis ad solutionem compelli non potest. Ergo post eundem terminum neque in causis criminalibus ad supplicium poterit condemnari.

SECTIO III.

De Juribus Ecclesiasticis.

SUMMARI A.

317. Digressio ad Jura Ecclesiastica. 318. & seqq. Episcoporum Potestas est duplex, Ordinis, Jurisdictionis. 320. & seqq. Præscriptio potest fieri cumulativè, vel privativè. 322. Præ-

scriptio quoad jura Episcopalia potissimum in Prælati procedit. 324. & seqq. Jura ordinandi & confirmandi est impræscriptibile. 330. & seqq. Etiam jus consecrandi cum unctione præscribitur

vetatur. 333. & seqq. Non verò jus consecrandi sine unctione. 337. & seqq. Jura Episcopalia jurisdictionalia sunt præscriptibilia. 339. Et quidem omnia collectivè. 340. & seqq. In specie jus instituendi. 349. & seqq. Jus visitandi. 351. & seqq. Jus exigendi procuratorem est dubium. 355. De aliis juribus remissivè. 356. Transitus ad jura parochialia. 357. Sunt præscriptibilia. 358. & seqq. De jure decimandi varia præsupposita. 363. & seqq. Potest præscribi à personis Ecclesiasticis seorsim absque ceteris juribus parochialibus. 367. & seqq. Solvuntur objecta. 377. & seqq. Potest etiam à Laicis præscribi, quando ad Laicos legitime pervenit. 380. & seqq. Diluuntur opposita. 386. & seqq. Aliud ne quidem immemoriat tempore etiam jus utile duntaxat à Laicis præscribi valet. 400. & seqq. Satisfit argumento contrario. 405. & seqq. Sunt tamen in quasi-possessione temporis immemorialis manutendenda. 413. & seqq. Obviatur discrimen inter præsumptionem & Præscriptionem. 415. & seqq.

Corollare. 417. & seqq. Jus decimandi passivum etiam à Laicis rectè præscribitur. 424. & seqq. Dummodò Parochia congrua maneat sustentatio. 427. & seqq. Profectio materia ad decimas novarum. 430. & seqq. Qui præscripsit decimas ordinarias, præscripsit decimas novarum improprie talium. 434. & seqq. Non autem proprie talium. 439. & seqq. Adversa fundamenta everuntur. 445. & seqq. Eadem resolutio de jure decimandi passivo quoad novalia ponitur. 452. & seqq. Jus patronatus à Clericis indubitate præscribitur. 454. & seqq. Etiam à Laicis, si Ecclesia non sit libera. 458. & seqq. Explicatur Concil. Trid. sess. 25. deo ref. cap. 9. 461. & seqq. Etiam in Ecclesia libera. 476. & seqq. Etiam in Ecclesia Collegiali. 477. & seqq. Instantia de jure eligendi supprimitur. 478. Proponuntur Concordatæ Germaniæ. 479. Agitur questio de Præscriptione, Concordatis contraria. 480. & seqq. Sententia negativa referuntur, & probantur. 484. Responsio ad hanc probationem insinuat.

§. I.

De Juribus Episcopalibus.

317. Evenio ad Jura Ecclesiastica, quæ pro objecto vel mediato vel immediato habent aliquid supernaturale seu ad vitam æternam promerendum ordinatum, solisque personis Ecclesiasticis, nec tamen omnibus, ab Ecclesia sunt concessa; dispecturus in hac se. quid & quantum in iis Præscriptio respectu Clericorum possit. Hæc inter Jura primatum tenent Episcopalia, de quibus

318. Præmittendum I. Sicut potestas Episcoporum est duplex, Ordinis videlicet & Jurisdictionis; pariter jura Episcopalia esse duplicia, alia quæ fluunt ex potestate Ordinis; & alia, quæ fluunt ex potestate Jurisdictionis. Potestas Ordinis dependet essentialiter à consecratione & caractere Episcopali, triaque potissimum jura secum fert, jus ordinandi, consecrandi, & confirmandi; & hæc in vestibus & ornamentis Pontificalibus exerceri solent. P. Engel ad tit. 33. lib. 1. Decret. num. 36.

319. Potestas Jurisdictionis confertur in actu primo per electionem, & in actu secundo per confirmationem S. Pontificis, eaque de causa etiam ante consecrationem exerceri potest, uti patebit ex *rr. seq.* Jura exinde deducta enumerantur in *cap. conquerente 16. de Offic. Ordinarii*, in præsentibus explicatis examinanda.

320. Præmittendum II. Præscriptionem in juribus Episcopalibus dupliciter reperiri posse, privativè & cumulativè. Vel enim præscribens totò Præscriptionis tempore solus in usu & exercitio juris Episcopalis exitit, Episcopò interea quiescente & abstinente; vel præscribens unà cum Episcopò intermedio Præscriptionis tempore jura Episcopalia prout

321. misicè exercuit. Priore casu jus Episcopale præscribitur privativè, hoc est, è effectu, ut Episcopò non amplius superstitet fa-

cultas, actum similis juris in eo loco exercendi. Secundò casu præscribitur cumulativè, hoc est, è effectu, ut Episcopò unà cum præscribente deinceps in exercitio juris præscripti concurrat. Panormit. *ad cap. auditis 15. b. r.* Fagnanus *ibid. num. 6.* Barbosa *de Offic. & pot. Episc. p. 3. alleg. 127. n. 18.* Ratio est: quia tantum præscriptum, quantum possessum. Ergo, si possessio juris Episcopalis fuit privativa, vel cumulativa, Præscriptio quoque privativa vel cumulativa erit.

Præmittendum III. questionem hic potissimum agitari de Prælati, Episcopò inferioribus, maxime verò usum Pontificalium habentibus: cum enim ex *u. a.* parte actus Ordinis ex *n. 318.* in vestibus Pontificalibus exerceri soleant; ex altera verò parte actus Jurisdictionis simplicibus Sacerdotibus, nullà Jurisdictione fori externi prædicis, raro aut nunquam hæc tenus permitti fuerint: de aliis quàm Prælati Ecclesiæ, & maxime de Insularibus, multa disputare, tempus modò non sinit. Pono jam 4. conclusiones, & præmissà distinctione in actibus Ordinis, quoad jus Ordinandi, Confirmandi, & Consecrandi; & in jure Consecrandi cum vel sine unctione

Dico I. Jus Confirmandi & Ordinandi Prælati, Episcopò inferioribus, præscribi nequit. Sic ex communi docere videtur Covarruv. *lib. 1. Var. resolut. cap. 10. n. 14.* Panormitanus *ad cap. quanto 4. de Consecrad. n. 2. & ad d. cap. auditis b. r. n. 23. 33. 34.* Gonzalez *ibid. n. 7.* Et decisà habetur conclusio satis manifestè in *d. cap. quanto*, ubi Innocent. III. ab initio generaliter facit mentionem de consuetudine quorundam simplicium Sacerdotum, Sacramenta, solis Episcopis referantur, administrare præmentum; & deinde exemplum subdit de Sacramento Confirmationis,

à solis

à solis Episcopis conferendò; moxque illam consuetudinem tanquam corruptelam & peccati nutritivam damnat. Ratio est: quia consuetudo vel Præscriptio cujuscunque temporis nemini suffragatur, qui sine speciali privilegio & delegatione Summi Pontificis possidere non potest secundum dicta in n. 8. Sed quicunque Prælatis, Episcopis inferiores, sine privilegio aut delegatione Pontificis jus confirmandi aut Ordinandi possidere non possunt. Ergo &c. min. probatur in primis universaliter ex cap. aqua 9. de Consecrat. Eccles. ubi Gregorius IX. dum ea, quæ Ordinis sunt Episcopalis, negat, inferioris gradus Clericis demandari posse, tacite insinuat, privilegio vel delegatione Papali ad eorum possessionem nem opus esse. Deinde de Jure confirmandi non solum in cap. manus quoque 4. de Consecrat. Dist. 5. dicitur, quod ab aliis quam Episcopis administrari nequeat, cum addito: si aliter presumpsum fuerit, irritum habeatur & vacuum; & inter Ecclesiastica nunquam reputabuntur Sacramenta: verum etiam in Trid. Concil. sess. 7. de Sacram. Confr. can. 3. decernitur: si quis dixerit, sancta Confirmationis Ordinarium ministrum non esse solum Episcopum, sed quemvis simplicem Sacerdotem, anathema sit.

De Jure autem Ordinandi in eod. Trid. sess. 23. de Sacram. Ord. can. 7. statuitur: si quis dixerit, Episcopos non esse Presbyteris superiores, vel non habere potestatem confirmandi & Ordinandi; vel eam, quam habent, illis esse cum Presbyteris communem &c. anathema sit. Sicut ergo ex recitatis S. Synodi decretis jus confirmandi & Ordinandi Sacerdotes simplices ab Episcopis distinguit, adeoque etiam Episcopos quæ tales constituunt: cum idem sit constitutum, quod est distinctivum: ita ejusdem juris inferiores Sacerdotes & Prælatis erunt incapaces, quemadmodum generaliter constituti in Ordine inferiori incapaces sunt exercendi jura & actus Ordinis superioris.

330 Dico II. Jus Consecrandi cum adhibitione sacræ unctionis à Prælati inferioribus, stando in Jure communi, acquiri nequit. Ita præter citatos priorem, qui indistinctè volunt, Præscriptionem in actibus, potestatem Ordinis comitantibus, non dari, cum Sylvestro & Aluino P. Layman in Quest. Canon. de Prælat. Ecclesiast. Elect. cap. 17. quest. 2. 17. resp. 2.

331 Patet I. ex c. quamvis 4. Dist. 68. ubi Leo I. indefinitè Chorepiscopis & Presbyteris unctionem, benedictionem, altarium erectionem vel consecrationem interdicit, veluti munera, solis Episcopis convenientia. II. ex c. nullus 25. de Consecrat. Dist. 1. ubi Presbyteris altarium erectio sub pœna degradationis prohibetur. III. ex c. interdicitur 10. XVI. quest. 1. ubi etiam Abbatibus generatim vetitum legitur, ne unctiones faciant, sed christi-ma, oleum, & consecrationes altarium ab Episcopis propriis accipiant. Ratio est: quia licet consecratio cum unctione non sit ex Jure Divino Episcopatu indispensabiliter annexa, attamen, ut pulchrè docet Gonza-

lez ad d. cap. quanto num. 9. ex ipsa Apostolorum institutione, & secundum Layman proxime nominatum, ex Ecclesiæ traditione, Episcopali Ordini cognata est. Ergo Prælatis Episcopis inferiores, cum Ordine & caractere Episcopali careant, non possunt ejusmodi munia præscribere.

Dico III. Jus consecrandi seu potius benedicens dicendi sine unctione à Prælati inferioribus, stando etiam in Jure communi, præscribi valet. P. Engel de priv. 49. num. 5. Layman d. quest. 217. resp. 3. cum Glossa super cap. Abbat. 3. de Privileg. in 6. Sylvestro, Aluino, Sa, & aliis. Ratio est: tum quia in Sacris Canonibus tales benedictiones non reperiuntur ita appropriatæ Episcopis, sicuti illæ, quæ christi-matis unctionem habent: tum quia Prælatis ab Episcopo solenniter Benedicenti, nanciscuntur jus conferendi Ordines Minores cap. quoniam 1. Dist. 69. cap. cum contingat 11. de Stat. qual. & Ord. pres. sicque cum habiles efficiantur ad administranda Sacramenta, efficiuntur quoque habiles ad peragenda Sacramentalia: tum denique quia ex antiquissima consuetudine plerique Germaniæ Abbates paramenta, ornamenta, & corporalia solent benedicere, uti Engel & Layman testatum faciunt; quæ consuetudo non tantum non improbat, sed etiam reipsa approbata videtur à S. Pontifice, per Declarationem Cardinalium, his verbis conceptam: Abbas, qui est Benedicentis, vel ex privilegio Sedis Apostolica habet, ut Pontificalia exercere possit, ac si esset Benedicentis, potest omnia Sacra benedicere, illis exceptis, in quibus unctio requiritur.

Dico IV. Omnia Jura Episcopalia, ex po- testate Jurisdictionis prophanata, à Prælati inferioribus præscribi possunt. Panormitanus ad cap. auditis 15. & cap. cum olim 18. h. t. Fagnanus eod. loc. Gonzalez ibid. n. 8. P. Pirhing ad h. t. num. 28. P. Engel ad eund. tit. num. 7. Balbus 1. part. 5. princ. quest. 11. n. 2. ac novissimè Clariss. P. Schmalzgrueber ad h. t. num. 52. Reperitur conclusio clarissimè in d. cap. auditis 15. & cap. cum olim 18. h. t. Rationem dat Gonzalez: quia in materia Præscriptionis pro regula observandum, omnia illa esse præscriptibilia, quorum Præscriptio non est aperte prohibita; quam regulam ab initio hujus capituli pro fundamento collocavimus. Sed Præscriptio jurium Episcopialium Jurisdictionalium tantum abest, ut reperiatur aperte prohibita, ut etiam in d. c. & alibi reperiatur aperte concessa. Ergo &c. Ex qua conclusione

Deducitur I. totum jus Episcopale in aliqua Ecclesia v. g. Parochiali ab Abbate posse præscribi, ita ut Ecclesia illa plenissimè jure Abbati sit subjecta, haud secus, ac si plenissimè jure ex privilegio Pontificio fuisset Monasterio incorporata d. cap. auditis: ibi: probantur per testes Abbatibus tantò tempore plenè jure possessa, ne videantur in eis jus Episcopale legitime præscripsisse. Panormit. ad d. cap. cum olim & ad cap. cum non liceat 12. num. ult. h. t. Fagnanus ad

ad cap. auditis num. 1. & seqq. P. Engel de Privileg. Monast. priv. 46. de antioque plenè jure n. 9.

340 Deducitur II. jus instituendi Parochos, & consequenter etiam jus providendi Parochias, five per Religiosos five per Sæculares, ad natum amovibiles, Præscriptio Prælatorum esse subjeetum, veluti in terminis quasi olim decidit Panormit. ad d. cap. cum non liceat h. t. n. ult. cui etiam assentit Barbofa part. 3. de off. & pot. Episcopis alleg. 72. n. 184. & alleg. 124. num. 12. P. König ad tit. de Institut. num. 19. Balbus d. q. 11. n. 6. Gilcken de Præscript. p. 3.

341 cap. 10. n. 10. Textus pro hac deductione est in cap. cum olim 18. h. t. ubi institutio & ordinatio plebanorum Abbati jure Præscriptionis adjudicatur. Cui etiam consonare videtur textus in Clem. 106. de Excess. prælatis. V. quidam præterea.

342 Neque adverteatur I. cap. ex frequentibus 3. de Institut. quod sub pœna excommunicationis Clericis inhihet, ne ad beneficia sine institutione Canonica Episcoporum vel Officialium accedant. II. cap. cum satis 4. de Offic. Archidiacon. quod consuetudinem, cujus prætextu Archidiaconus quidam sine mandato Episcopi curam committere solebat, tanquam institutionibus SS. PP. contrariam, rejicit. III. Trident. Sess. 23. de reformat. cap. 15. quod omnia privilegia & consuetudines etiam immemorales, exercendi curam animarum independenter ab approbatione Episcopi, abrogat.

343 Resp. enim ad I. cum Gonzal. ad d. cap. auditis h. t. num. 9. in eod. cap. non gratis fuisse adjectas particularis, sine institutione Canonica Episcoporum vel Officialium, NB. qui hoc de jure possunt: voluit namque Alexand. III. indicare, dari adhuc modos alios; nempe privilegium aut Præscriptionem, quibus jus instituendi ad alios, quam Episcopos vel eorum Officialia, spectet. Ad II. Respondent Barbofa, Gilcken, & alii, solam consuetudinem reprobari, quæ aliquis nomine proprio instituere intendit, secus, si nomine & vice Episcopi instituere proponat: quam responsionem colligunt ex verbis d. c. cum satis: ibi: sine mandato Episcopi. Alii verò inter consuetudinem & Præscriptionem distinguunt, uti apud Barbofam & Gonzalez cit. loc. videre est. Alii denique de consuetudine, suis requisitis non instructa, textum intelligunt. Omnes bene. Ad do solum, nomine consuetudinis aut Præscriptionis, generaliter aut indefinitè prohibita, immemorialis non comprehenditur. Ad III. Respondenti potest, inde ad summum inferri, quod non possit præscribi institutio authorizabilis, id est, approbatio ad curam animarum: de hac enim, non de altera, seu libera beneficii collocacone, loquitur Concilium.

348 Imò sunt, qui & institutionem authorizabilem Præscriptioni censent substratam, ac textum Concilii vel de sola consuetudine, de qua meminit; vel de consuetudine solum antecedente (quæ de Leges abrogatorie com-

munis intelliguntur) non subfekte inderpretantur. Barbofa de Off. & pot. Episc. d. p. 3. alleg. 72. num. 185. & alleg. 127. num. 14. König cit. loc. Panormit. supra cit. sicut Lex posterior introduci, & prior abrogari potest, etsi in ea fuerit reprobata. Panormit in cap. fin. de Consuet. n. 24. P. König ibid. num. 18. & deduco 3.

Deducitur III. contra jus visitandi, Episcopo competens, Præscriptionem valere, si hempe Præscriptio non sit penitus extinctiva, sed tantum translative, hoc est, ut vel Summo Pontifici, vel ejus Delegato, aut alii Prælato Ecclesiastico competat. Panormitanus ad cap. 12. h. t. num. 13. 14. 15. Gonzalez ibid. n. 7. P. Engel ad h. t. n. 7. P. Metzger Theol. Scholast. tract. 11. disp. 27. art. 3. §. 2. num. 7. P. Reiffenstuel ad h. t. n. 53. Barbofa d. p. 3. alleg. 129. n. 11. qui ibidem n. 13. subijcit, in hac explicatione omnes convenire. Quamquam enim Præscriptio illa, quæ ab omni visitatione aliquis se eximeret, & rationi communis felicitatis, & nervo disciplinæ Ecclesiasticæ repugnaret; eoque sensu per cap. cum non liceat 12. c. cum ex officio 16. h. t. non subsisteret: attamen ut quis libertatem suam contra jus visitandi, certo Episcopo vel alteri competens præscribat, ita tamen, ut alteri cuidam Prælato quoad visitationem & correctionem substat, non est inconveniens propter textus prægnantes in c. dilectus 2. de Capell. Ananach. cap. cum olim 14. & quia verò evidenter de Privileg. c. cum persona 7. eod. in 6. in quibus locis habetur, omnimodum exemptionem ab Episcopi Jurisdictione rectè præscribi.

Deducitur IV. à communi regula de præscribendis Juribus Episcopalibus excipi in d. cap. cum ex officio 16. h. t. jus exigendi procuratorem Canoniam, id est, victum & sustentationem, tempore visitationis Episcopo debitam, adeo ut ex communi Canonistarum interpretatione ne immemorialis quidem Præscriptio cuiquam optulerit; ne, procuratore denegata, visitatio, tanquam efficacissimam pro conservando Religionis Orthodoxæ nitore ac vigore antidotum, dispendium patiatur. Quia verò Tridentina Synodus Sess. 24. de reformat. cap. 3. statuit, ut in his locis, ubi consuetudo est, ut nec visitatio, nec pecunia, nec quidpiam aliud à Visitatoribus accipiantur, sed omnia gratis fiant, ibi id observetur: idè Augustinus Barbofa in Collectan. ad d. cap. 3. num. 35. & de Off. & pot. Episc. p. 3. alleg. 73. num. 48. post Ugolinum, Stephanum Gratianum, Piascium, ibidem laudatos, docet, de Jure novo ejusdem Concilii Trid. Præscriptionem æquè ad procuratorem Canoniam quam ad alia Episcopi jura extendi: quia forsitan concessa consuetudine à fortiori concessa videtur Præscriptio (saltem immemorialis, ut novissimè docuit Clariss. P. Schmalzgrueber ad tit. de Consuet. num. 115.) non solum ex eo, quod in ordine ad acquisitionem consuetudo & Præscriptio passim confundatur ad mentem Emanuelis Gonzalez ad tit. de Decimis cap. 20. num. 2.

num. 2. uti jam in 1. cap. num. 20. significatum est; sed etiam ex speciali ratione. quod Præscriptio, utpote inter singulares duntaxat personas recepta, uti plerumque minus inducit præjudicium, quam consuetudo; ita præcipue in materia procurationis: siquidem finis & effectus vitationis, ad quem dirigitur procuratio, magis obtinetur, si ab ejus solutione pauci solum auxiliante Præscriptione liberentur, quam si integra communitas

354 patrocinate consuetudine exoneretur. Miror tamen, eundem Barbofam, hujus doctrinæ, duobus locis assertæ, in memorem, oppositum docuisse de Off. & pot. Ep. alleg. 130. n. 9. & 10. ac textum Tridentini, velut correcto-

§. II.

De Juribus Parochialibus; & in specie de Jure Decimandi ordinario.

356 Juribus Episcopalibus succedunt Parochialia; inter quæ præcipua videntur ea, quæ pertinent ad collationem & receptionem Sacramentorum; jus sepulture; jus percipiendi quartam funeralium, decimas, primitias, & oblationes. Hæc autem & similia jura, tum collectivè, tum sigillatim & separatim considerata, Præscriptioni esse obnoxia, serupulum omnem eximunt textus prægnantes in cap. de quarta 4. cap. ad aures 6. cap. cum olim 18. h. t. cap. Episcopum 1. eod. in 6.

358 Sed quia vix aliud jus, ex parochialibus, est celebrius & crebrius quoad Præscriptionem, atque jus decimandi: de eo largiùs agendum, & supponendum est I. quòd sit directum vel utile; ordinarium, vel extraordinarium, seu jus percipiendi novalia; Ecclesiasticum vel Laicale; activum vel passivum.

359 Supponendum est II. jus decimandi directum, cum fundetur in titulo spiritualis ministerii, Laicos nunquam competiisse, nec etiam, suffragante temporis immemorialis possessione competere potuisse, prout omnibus in confesso esse, testatur Clariss. P. W. ex cin manip. Decim. q. 5. n. 1. & seqq.

360 Sicut enim ministerii spiritualis sunt prorsus incapaces; ita etiam incapaces sunt juris decimandi directi, in spiritualis ministerii titulo fundati; proindeque, cum illud possidere nequeant, etiam præscribere non valent ex n. 22.

361 Supponendum III. jus decimandi utile Laicis ante Concilium Lateranense sæpenumerò à Prælati Ecclesiasticis in feudum aut emphyteusim fuisse concessum; post memoratum verò Concilium ejusmodi infeudationes & emphyteutes non amplius valere per cap. decimas 1. XVI. q. 7. cap. prohibemus 19. de Decim. quòd tamen non obstantè, auctoritate S. Pontificis ad idem jus habilitari possunt.

362 Supponendum IV. quinque hic locorum controversias complanandas esse. Prima est: possintne Clerici vel Religiosi - non Parochi jus decimandi directum præscribere separatim à juribus Parochialibus? Secunda: possintne Laici jus decimandi utile, quòd jam secularizatum quasi, & Laicis aliis ex privilegio

rium Juris veteris, ad solam consuetudinem, de qua loquitur, restrictis. Judicium verò & arbitrium ea super re aliis liberè relinquo.

Deducitur V. Prælatum inferiorem longà Præscriptionis manu (ut ita dicam) jus habendi in Ecclesia baptismum, celebrandi alibi solenni ritu Divina Officia, absolvendi, censurandi &c. sibi vindicare posse per apertum textum in d. c. auditis 15. h. t. & omnia denique jura, quæ ex potestate Jurisdictionis Episcopalis derivantur, de quibus brevitas studii præ aliis consulendis suadeo Abbatem in d. cap. cum olim n. 5. 6. & 7. Balbum cit. loc. n. 6. & seqq. Fagnanum ad idem cap. per tot.

Pontificio ante vel post Conciliū Lateranense certò obtentum noscitur, præscribere? Tertia: possintne Laici jus decimandi utile tempore saltem immemoriali præscribere, quando nec infeudatione aut emphyteusim, ante Concil. Lateranense factam, nec privilegium Apostolicum exhibere possunt? Quarta: possintne immemoriale juris decimandi exercitium tantum operari, ut Laici in quietà deinceps decimarum perceptione relinquendi sint, esto nec privilegio nec infeudatione nec emphyteusim ante Concilium Lateranense gaudeant? Quinta: num eadem, quæ circa Præscriptionem de jure activo decimandi sunt asserta, etiam de jure passivo sint asserenda?

Dico I. Omnes Clerici & Religiosi non Parochi jus decimandi, etiam directum, separatim à juribus Parochialibus præscribere possunt. Est, Zoëli ad tit. de Decim. n. 43. testimonio, recepta sententia, eamque, ut referunt Gonzal. ad cap. ad aures 6. h. t. n. 3. & Fagnanus ad cap. nuper 34. de Decim. n. 37. tenent ferè omnes, repetentes in d. cap. nuper. & teste P. W. ex cit. quæst. 5. n. 23. plerique hoc afferunt contra Hostiensem in summa tit. de Decim. §. an præscribi possit, & Abulensem in cap. 13. Math. q. 188. Probatur I. ex variis textibus; in cap. cum sint 18. cap. ad Apostolica 20. & præsertim in cap. cum contingat 29. de Decim. in quibus jus percipiendi decimas ad alias personas Ecclesiasticas, quæ titulo Parochi non potiuntur, vel consuetudine vel Præscriptione pertinere posse, statuitur. II. ex d. cap. ad aures 6. h. t. ubi inter duas Ecclesias frequens erat litigatio super decimis, quas Ecclesia A. in Parochia Ecclesie B. per 40. annos perceperat: præfata quippe Ecclesia A. ex cursu tanti temporis Præscriptionem obtendebat; e contra Ecclesia B. jure Parochialitatis se tuebatur. Consultus Alexander III. in favorem Ecclesie A. respondit, ea ex ratione: quia Divino & humano Jure melior est conditio possidentis; & quia quadragenaria Præscriptio omnem prorsus actionem excludit. Atqui in hæc facti specie jus decimandi separatim à Parochia & juribus Parochialibus fuit præscriptum.

ptum. Ergo potest absolutè præscribi. Ergo etiam à Clericis & Religiosis non-Parochis, utpote jurium spiritualium non incapibus. III. quia nec jus decimandi directum commercio Clericorum invenitur exemptum; nec ejus Præscriptio Clericis aut Religiosis alicubi prohibita; per potius sex sola exclusione Laicorum, per argumentationem ab exceptione ad regulam in casibus non exceptis, apertè apprehenditur permilla. Ergo occurrit nihil, quòd Clericos aut Religiosos non-Parochos à præscribendo decimandi jure directo removeat.

367 Dices I. sine possessione non inchoari, nedum consummari potest Præscriptio positiva. Sed Religiosi jus decimandi possidere non possunt a. pervenit 9. XVI. q. 1. Ergo &c.

368 Resp. negandò minore; cujus probatio ex d. cap. pervenit minimè educitur: quippe in quo Monachi ad jura Parochialia possident non invidiosè declarantur, sed in aliena Parochia decimas aut alia jura Parochialia usurpare prohibentur; quòd æquè de Clericis tam simplicibus quam curatis atque de Religiosis, imò etiam Episcopis verificatur, quibus saltem in alienam mittere segetem, & munia ac munera Episcopalia extra suam Diocesim exercere non licet. Quòd si ad alium sensum idem cap. detorqueas, ad P. Engel de Privileg. Mon. Privileg. 45. n. 10. te remitto, & interim textus alios & clariore & meliore, in eadem caus. XVI. & quæst. 1. à capit. doctos 21. usque ad cap. presbyteros 38. trutinandos, commendo.

370 Dices II. Ea, quæ in recognitionem supremi debentur domini, Præscriptionem omnem averfantur arg. l. competit 6. Cod. de Præscript. 30. annor. Sed decima in recognitionem supremi debentur domini, principaliter quidem DEO, ministerialiter verò seu DEI nomine Parocho cap. tua nobis 26. de Decim. Ergo &c.

371 Resp. I. hæc argumentò nimium, adeoque nihil probari: probatur enim, quòd etiam jus decimandi passivum neque Præscriptione, neque privilegio Summæ Sedis comparari valeat, cum tamen assertum prius dicendis in num. 417. posterius autem textu in cap. cum contingat 29. de Decimis ac absolutè S. Pontificis quoad jura Ecclesiastica dispensandi facultati refragetur: ea namque, quæ in recognitionem supremi domini præstanda sunt, non tantum privatus non præscribere, sed neque

372 Princeps remittere potest. Resp. II. cum Gonzalez ad cap. ad aures h. t. n. 3. distinguendò majorem: ea, quæ debentur in recognitionem supremi domini, Præscriptionem omnem averfantur, si juris sint publici, & debeantur personæ publicæ, concedo majorem: si debeantur personæ privatae, nego majorem. Atqui decimæ, quamquam respectu DEI sint juris publici, sunt tamen respectu Parochi, seu personæ non-publicæ, juris privati, & consequenter adinstar aliorum jurium,

373 ad privatos spectantium, præscriptivæ. Certè nil impedit, quò minus decimæ ad conte-

standum supremi Numinis dominium præstari dicantur, esto non Parocho sed ejus loco Clericis, & Religiosis, vel DEI ministris, præbeantur: cum DEUS ter Opt. Max. non tam attendat, quid, quantum, & cui, quam ex quanto aliquid pendatur.

Instabis: hæc ipsò quòd Parochis decimæ pro administratione Sacramentorum offerantur, Religiosis aut aliis, qui Sacramenta non administrant, offerri non debent.

Resp. vel negandò suppositum, quòd Religiosi Sacramenta non administrant, dum contrarium non solum quotidiana experientia cum summo fidelium utriusque sexus solatio demonstrat, sed ipsamet sacra pulpita, Divina tribunalia, mensæ Eucharisticæ, me quoque tacente, eloquantur: vel dicendò, Parochis quidem offerendas esse decimas pro Sacramentorum administratione, sed eatenus, quantenus ad congruam sustentationem sunt necessariæ juxta illud Doctoris Gentium oraculum 1. Cor. 9. qui servivunt altari, vivunt de altari: ut adeò, si Parochorum sustentationi ex aliis redditibus & obventionibus prospectum sit, æquitati minimè contraveniat, decimas ad Monasterium aliquid vel Collegium spectare. Quam in rem accommodatè scripsisse fertur D. Arnoldus Carnotensis Episcopus, 192. apud Gonzalez d. loc. licet decima & oblationes principaliter debeantur Clericali militia, possit tamen Ecclesia omne, quòd habet, cum omnibus pauperibus habere commune, quanto magis cum his pauperibus, qui, relicti facultatibus propriis, in angaria basulantes Christi Crucem sequuntur?

Dico II. Quando decimæ semel ad Laicos legitimè viâ devenerunt, æquè ac alie res Laicorum à Laicis præscribuntur. P. Engel ad tit. de Decim. n. 39. Zoëli ibidem num. 52. Ferdinandus Vasquius Illustriss. controv. lib. 2. cap. 89. n. 3. Gilcken de Præscript. part. 3. cap. 8. n. 1. & seqq. Balbus l. 1. p. 5. princ. quæst. 7. n. ult. Clariss. P. Schmalzgr. ad tit. de Decim. n. 45. Probat. Decimæ, ad Laicos viâ legitimè semel translate, amittunt qualitatem spirituales, & transeunt in patrimonium Laicorum. Ergo possunt à Laicis, æquè ac alie res Laicorum, præscribi: stant enim decimarum secularisatione, nulla obstat amplius prohibitio de illis non-præscribendis. Antecedens pro-

379 batur. Tota spiritualitas decimarum provenit ex radice spiritualis ministerii, & non ex objecto, quòd ex se aliquid merè profanum & temporale est. Sed in Laicis non reperitur illa ministerii spiritualis radix, utpote qui ex privilegio etiam habilitati ad decimas colligendas, Sacramenta tamen non administrant. Ergo decimæ, ad Laicos translate, amittunt qualitatem spirituales, & transeunt in proprium ipsorum patrimonium.

Dices I. Decimæ, à Laicis detentæ, sine periculo animarum non possunt in alios Laicos transferri cap. prohibemus 19. de Decim. Ergo nec præscribi.

Resp. I. d. cap. prohibemus hunc esse sensum: decimas, quas Laici cum periculo animarum, hoc

hoc est, sine legitimo feudi, privilegii, vel alio titulo (quod enim ex simili titulo detinetur, utique periculum animarum non inducit) detinent in alios Laicos transferri non posse; hinc Vasquium *cit. cap. 89. num. 2.* & alios non inepte argumentari, alienationem decimarum, quæ sine periculo animarum seu ex legitimo titulo à Laicis possidentur, non esse vitam. Quare antecedens in sensu objectionis negatur cum eodem Vasquio *cit. loc.* ubi etiam tradit, pro hac parte esse univèrsam Hispaniæ consuetudinem; nec posse ab hac opinione discedi absque ingenti animarum damnatione & innumerorum contractuum eversione.

383 Resp. III. transmissio etiam antecedit rectè negari conseq. ob dicta à *num. 101.* ubi Ecclesiasticarum rerum & aliorum jurium Præscriptionem propugnauimus, non obstante alienationis interdicto. Disparitatem assignat Zoëf. *d. num. 52.* quod non magna subit Ecclesiæ injuria in Præscriptione, utpote cujus res non alienatur, sed tantùm à Laico ad Laicum migrat, absque eo, quod Ecclesiæ interfit, rem apud unum Laicum magis quam apud alterum existere.

384 Dices II. Licet Ecclesiæ unum Laicum v. g. habiliter ad jus eligendi; attamen ex eo non convincitur, quod alius Laicus sit habilis ad illud possidendum, & præscribendum. Ergo etiam, licet Ecclesiæ unum Laicum habiliter ad jus decimandi, non tamen ex eo convincitur, quod alius Laicus sit habilis ad illud possidendum & præscribendum.

385 Resp. negandò conseq. & paritatem. Ratio disparitatis est: quia, dum Laico jus eligendi conceditur, id quoad se manet spirituale, foliæ Laici persona pro se habiliter ad illud exercendum. At, si Laico jus decimandi concedatur, id separatur à radice & titulo spirituali, & incipit esse jus temporale: consequenter à quovis Laico, non secus ac alia jura temporalia, præscribi potest.

386 Dico III. Quando Laici nec infeudationem aut emphyteusin ante Concil. Lateranense, nec privilegium Apostolicum exhibere possunt, jure Præscriptionis defendi nequeunt, esto per tempus immemoriale decimas etiam jure dominiū utilis tantum detineant. Ita habet communis Canonistarum sententia, etiam in Rota probata *p. 7. recent. dec. 56. n. 1. in cap. causam 7. h. t. cum Panormit. ibid. n. 2. Gonzalez Comment. ad id cap. num. 6. Balbus d. 1. part. 5. princ. quest. 7. n. 14. Covarruv. Var. resol. cap. 17. num. 6. Gilcken d. p. 3. quest. 8. n. 16. Zoëf. de Decim. num. 51. P. Engel ad eund. tit. n. 26. & 39. Gletle in assert. Jurid. assert. 78. Clarif. D. Laurent. Abb. Verlohner in Certam possess. contr. 9.*

387 Probatur I. ex d. cap. causam 7. h. t. ubi dicitur, quod decimæ à Laicis nullà ratione præscribi possint. Unde sic argumentari licet, cum *cit. D. Gletle.* Decimas à Laicis nullà ratione præscribi posse, aliud non est, quam Laicos ad præscribendas decimas esse inhabi-

les. Sed inhabiles ad præscribendum non juvantur decursu temporis immemorialis. Ergo &c. Confirmatur. Tempus immemoriale non tollit inhabilitatem personæ, quia intactam relinquit Legem, à qua provenit inhabilitas. Ergo si Laici sunt inhabiles ad præscribendas decimas, ne quidem tempore immemoriali possunt easdem præscribere.

Neque respondeas I. incapacitatem, quæ ex d. cap. inferitur, ad jus decimandi directum constringendam esse. Nam incapacitas illa ad tale jus est extendenda, de quo S. Pontifex cogitasse præsumitur. Sed non potest præsumi cogitasse de jure decimandi directo, cujus Laici tam aperte incapaces sunt, ut citra insaniam non possint illi sibi arrogare. Ergo de jure decimandi utili, & non directo, cogitavit.

Neque respondeas II. ex Gabriel. *commun. 390 concl. lib. 5. concl. 1. n. 21.* incapacitatem personæ non obstatere Præscriptioni immemoriali, quando non omni tempore fuit uniformis, sicut incapacitas Laicorum primùm à Concil. Lateran. & non ante fuit inducta. Siquidem & doctrina illa Gabiellii non multorum sed paucorum est; & intentio Pontificis fuit, Laicos imposterum saltem efficere decimarum incapaces. Hæc igitur incapacitas tantum operari potest de futuro, quantum operata fuisset de præterito, si prius adfuisset.

Probatur II. Laici non possunt præscribere; 391 jus decimandi directum. Ergo nec utile. Antecedens, tanquam certum aut probabilissimum, suppono: cum, ut sæpe jam repetitum est, jus directum fundetur in titulo ministerii spiritualis, videlicet administratione Sacramentorum; qui sanè titulus Laicis nullò jure aut consuetudine accommodari potest. Conseq. prob. partim quia d. cap. *can. 392 sam. & cap. ad hac 15. de Decim.* non distinguit inter jus decimandi directum & utile, sed indefinitè à decimarum perceptione Laicos repellit: partim quia, ut paulò ante notavimus, incapacitas ad jus decimandi directum in Laicis aliunde nimis est manifesta; sicque Lex Pontificia, ut non verbis sed rebus scripta, de jure utili est accipienda: partim denique, quia jus decimandi utile post Concil. Lateran. à jure directo non amplius potest separari, nisi dependenter à privilegio Apostolicæ concessionis: ubi itaque privilegium exhiberi non potest, manet jus utile decimandi conjunctum directo; ideòque unum sine altero non præscribitur.

Si dicas: ex tempore, cujus initium ignoratur, nasci præsumptionem privilegii, ut in *concl. seq. ipsimet fatebimur*, ejusque privilegii præsumpti potestate jus directum ab utiliter separari. Contra est: quia privilegium præsumptum non operatur nisi præsumptionem. Atqui ut reipsa separatur jus decimandi utile à directo, post Concil. Lateran. præsumptio non sufficit, sed ipsum privilegium ostendi debet. Ergo privilegium præsumptum non operatur separationem juris utilis

394 utilis à directo. Confirmatur. Quando Ecclesiæ, contra quam præscribit Laicus decimas, probat evidentè, nullum ipsi privilegium quoad jus decimandi suffragari, probabit simul, jus directum ab utili segregatum non fuisse, & consequenter in illa hypothese præsumptio cedet veritati. Sed potest facilimè contingere, ut Ecclesiæ, contra quam Laicus præscribit decimas, etiam post tempus immemoriale probet nullitatem privilegii & vitiosum initium. Ergo probabit etiam, jus directum ab utili fuisse segregatum; & consequenter præsumptio cedet veritati.

395 Neque enim verum est, quod quidam contendunt, ex immemorialitate temporis oriri præsumptionem Juris & de Jure, contra quam non admittatur probatio in contrarium: etenim nulla est præsumptio Juris & de Jure, nisi quæ expressè in aliquo Canone vel Legè continetur; quod de immemorialitate temporis nuspiam reperimus. P. Engeld. *tit. n. 29.*

396 Probatur III. Sine possessione nulla currit Præscriptio *cap. 3. de R. J. in 6.* Sed Laicis in decimis non conceditur possessio *d. c. causam 7. h. t.* ubi Pontifex rationem, cur Laici non possint præscribere, in defectu possessionis refundit; *d. cap. ad hac. 15. de Decim.* ubi decimæ vocantur *sanctuarium DEI*, additurque, quod Laici jure hæreditariò easdem possidere nequeant. Ergo &c. Confirmatur I. Tempus immemoriale non supplet defectum possessionis, quia hæc prerogativa nullibi legitur temporè adscripta. Ergo tempus immemoriale non promovet Præscriptionem, quando adest defectus possessionis. Confirmatur II. Tempus immemoriale non operatur Præscriptionem, quando abest bona fides; quia sine bona fide nulla currit Præscriptio *cap. ult. h. t.* Ergo neque operatur Præscriptionem, quando abest possessio, quia etiam sine possessione nulla currit Præscriptio *d. c. 3. de R. J. in 6. d. c. causam h. t.* imò quia sine possessione ne quidem bona fides haberi potest, dum scientiæ rei alienæ carere nequit, qui animum possidendi cum opinione domini non

399 habet. Unde non valet hic responsio Vasquii, in sententiam contrariam discedentis *d. c. 89. n. 7.* quod tempus immemoriale aut possessionem suppleat & retrò trahat, aut possessionem naturalem tantum requirat: neutrum enim communibus Præscriptionis regulis concordat, quæ in acquirendis rebus & juribus indispensabiliter possessionem efflagitant.

400 Oppones. Non obstante, quod regalia de Jure positivo soli Supremo Principi sint reservata, nihilominus tempore immemoriali præscribuntur *cap. super quibusdam 26. v. p. r. r. de P. S.* Ergo etiam non obstante, quod decimæ de Jure humano Canonico solis Clericis fuerint reservatæ, nihilominus à Laicis Præscriptione, hominum memorià antiquiore, præscribi poterunt: ut enim incapacitas possidendi regalia in persona privata non impedit Præscriptionem immemoriam; ita

nec incapacitas possidendi decimas in persona Laica Præscriptionem immemoriam impedit. Confirmatur. Jus exigendi tributata & collectas est unum ex præcipuis regalibus, & tamen ab inferioribus præscribitur, uti in *scilicet. seq. deducemus.* Ergo etiam decimæ, esto regalibus, ut sic loquar, Clericorum annumerentur, à Laicis, præscribi possunt *art. cap. una nobis 26. & cap. cum non sit 33. de Decim.* ubi ipsemet S. Pontifex tributata & decimas inter se confert.

Resp. I. Retorquendò argumentum. Re-402 galia, Summo Pontifici in signum supremi dominiū, reservata non possunt ullà Præscriptione ab inferioribus acquiri. Sed decimæ sunt regalia, in signum supremi dominiū Divini creaturas Clericis vel Ministris DEI reservata. Ergo non possunt à Laicis, tanquam Clericis in suo ordine inferioribus, ullà Præscriptione acquiri.

Resp. II. Sicut re-403 galia minoræ, non reservata Principi in typum supremæ eminentiæ, ab inferioribus præscribuntur; sic etiam decimæ, quas S. Pontifex Clericis non reservat, sed à titulo spirituali separatas in proprietatem Laicorum commigrare permittit, à Laicis præscribuntur per superius conclusa in *n. 377.* Ad Confr-404 mat. Resp. tributata, in contestationem Principalis Majestatis præstari solita, nullà temporis Præscriptione tolli; & ideò decimas, eundem in finem ministrari consuetas, quacunque Præscriptione à Clericis auferri non posse.

Dico IV. Quando Laici tempore immemoriali perceperunt decimas, absque eo, quod infeudationem vel emphyteusin ante Concil. Lateran. aut privilegium Romani Pontificis exhibere possint, in possessione sua relinquendi sunt, donec vitiosum initium probetur. Ita cum DD. *pro pract. conclus. nominatis sentit Menoch. lib. 6. Praesumpt. 86. Mascardus de Probat. conclus. 1377. Clarif. P. W. ex cit. quest. 5. contr. 5. n. 15.* in cuius sine subdit, Civilitas, & Theologos quoad hoc consentire; consentiente etiam Rota in *recent. p. 3. dec. 698. n. 2. & dec. 715. n. 1. & p. 7. dec. 56. n. 1.* si concurrat fama alicujus privilegii in genere. Probatur con-406 clusio. Potuerunt Laici ante Concilium Lateranense jus decimandi utile independentè à privilegio Pontificis ex infeudatione vel emphyteusi, Episcopi concessione facta, adipisci; & hodie illud dependentè à privilegio Pontifici possunt adipisci. Ergo si tempore immemoriali perceperunt decimas, in sua possessione vel quasi relinquendi sunt, esto nec infeudationem vel emphyteusin ante Concil. probare, nec privilegium post Concil. monstrare queant. prob. conseq. Tanta-407 est vis ac virtus temporis immemorialis, ut præsumptionem tituli, privilegii, & concessionis Principalis operetur, ac tituli, privilegii, & concessionis Principalis munus interea sustineat, donec contrarium eluceat, prout unò calamo scribunt expositores infra in *cap. 6. referendi.* At si Laici decimarum

vel infeudationem vel emphyteusim vel concessionem Apostolicam monstrare possent, sine dubio in quieta possessione decimarum relinquendi essent. Ergo etiam relinquendi sunt, quando solam immemorabilem perceptionem probare possunt: quia, ut dictum, tempus immemorabile vim & munus Apostolicæ concessionis &c. sustinet.

408 *licet concessio &c. vltinet.* Neque procedit hic, si cum Hostiensis, adversæ opinionis sctario, per defectum possessionis vim presumptionis elidi, reponas. Privilegium siquidem Pontificis, aut infeudatio vel emphyteusim Episcopis, ante Concil. Lateran. facta, potuit Laicum ad possessionem decimarum reddere idoneum. Ergo etiam tempus immemorabile potuit Laicum præsumptivè reddere idoneum ad persistendum in possessione: quia tempus immemorabile sustinet interea munus privilegii, donec vitium aut absentia 409 tituli probetur. Confirmatur. Est ab æquitate Canonica & Christiana iustitia alienum, quempiam de possessione dejicere, cuius majores ob insignia in Ecclesiam merita vel ante Lateranensia Comitia ab Ecclesiis Prælati in utili decimandi jure per modum feudi vel emphyteusim investiti, vel post illa Comitia gratiosis Pontificis concessionis literis fuerunt instructi. At hoc non raro continget, nisi Laicos, tempore immemoriali in exercitio juris decimandi constitutos, in quieto hujus juris usu & fructu permittamus, et sic privilegium nec alium titulum 410 producere queant: uti enim indubitatum est apud Auctores. Laicos non paucos tam ante Lateranensem Synodum in decimis infeudatos, aut jure emphyteutico munitos, quam post Bullis Pontificiis fuisse donatos: ita non minus certum videtur, intra spatium tam longævi temporis plurimas tam infeudationis vel emphyteusim quam privilegiorum literas ob varias causas & casus, bellorum expilationes, incendiis devastaciones, malignorum hominum invidias, & ipsas denique omnia excedentes vetustatis injurias, corruptas, deperditas, ablatas, & extinctas fuisse. Ne igitur Ecclesiam aut iniquitatis aut injustitiæ insimulemus, Laicos in quieta immemoriali decimarum collectionis persistentia toleremus, oportet.

411 Excipies: æquè absurdum aut iniquum esse, ut Laicos in possessione toleremus, quam per vim, fraudem, & temeritatem invaserunt: & tamen non solum parentes nostri lugubri documentò experti sunt, sed etiam nos posterius cum gemitu & legitimus & videmus, à tempore, quò hæc ordinem & tranquillitatem Ecclesiæ perturbavit, eò audaciam perventum esse, ut jura & reditus Ecclesiasticos liberè quasi in utilitatem Laicorum, præsertim Patronorum & Advocatorum Ecclesiarum, convertantur. Eamque ob causam magnopere optandum censet P. Engel de Decim. n. 24. ut quidam Laici, saltem opulentiores, ad eligendam viam tutiorem, & exonerandam suam suorumque majorum conscientiam,

induci possent, ut decimas aliaque jura Ecclesiis Parochialibus restituerent.

Resp. in concursu plurium præsumptio 412 num infirmiore vincit à potentiore, utriusque cap. 2. n. 37. advertimus. At, spectandò & pensandò præsumptiones Juris, in nostra facti specie concurrentes, utique major præsumptio militat in favorem quàm odium Laicorum: præterquam enim quòd delicta à Jure non præsumuntur; imò in dubio quis bonà fide possidere præsumatur: insuper illa præsumptio censetur esse fortior, quæ stat pro valore actus, quæ est benignior, quæ est pro reo, quæ deducitur à possessione. Ergo in nostra facti specie ex lapsu tanti temporis, de cuius initio non constat, præsumendum est, jus decimandi à Laicis legitimò modò fuisse acquisitum.

Quæres: quid inter sit: utrum possessio 413 immemoralis Præscriptionem decimarum operetur; an nudam tituli præsumptionem?

Resp. cum D. Gletle & P. Engel d. loc. n. 27. multum referre. Nam si possessio illa Præscriptionem induceret, Laicus tutus foret, licet postea constare inciperet, quòd majores ipsius decimas injustò titulò acquisierint. Ea enim est auctoritas Præscriptionis immemoralis, ut nullum planè titulum requirit per cap. 1. h. t. in 6. Et ideò nil inter est, iustus an injustus titulus à principio subsuerit. At 414 nudam præsumptionem tituli si operetur, tenetur Laicus possessione suà decedere, ac decimas Ecclesiæ relinquere, si postea appareat, à majoribus ipsius injustè fuisse acquisitas: præsumptionis siquidem tanta auctoritas non est, ut veritati prævaleat.

Colliges ex 2. posterioribus conclusionibus, quæ de jure decimandi ejusque Præscriptione de Laicis differimus, ad cætera spiritualia jura cum proportione applicanda esse: si enim jura hujus ordinis ita sint comparata, ut ex causa aliqua veluti privilegio S. Pontificis Laicis concedi possint, & soleant, veluti est jus eligendi &c. tunc nulla quidem Præscriptio, etiam immemoralis, ob defectum possessionis habeat locum; at tamen ex lapsu temporis immemoralis orietur præsumptio tituli & privilegii, cuius munimine Laicus in exercitio juris spiritualis tandiù erit relinquendus, quàm diu de nullitate tituli aut privilegii non constat. Causa hujus applicationis & extensionis ex paritate rationis 416 desumitur, ex qua DD. communiter illa, quæ de jure decimandi, utpote notiore & in praxi frequentiore, in Legibus Canonice statutæ sunt, ad reliqua jura spiritualia extendunt.

Dico V. Immunitas à solvendis decimis 417 seu jus decimandi passivum, indiscriminatim à Clericis & Laicis præscribitur. Covarruv. d. l. 1. Var. resolut. c. 17. n. 10. Zoëf. ad tit. de Decim. n. 38. Canif. de dec. cap. 17. num. 16. Moneta de decim. cap. 5. n. 106. P. Engel eod. tit. n. 47. Magnif. P. König ibid. n. 9. Clariff. P. Wex cit. loc. g. n. 9. Rath c. 4. assert. 4. Probari potest conclusio ex cap. de quarta 418 h. t.

h. t. ubi Clericus contra impetitionem Episcopii, quartam decimarum urgentis, 40. annorum Præscriptionem securus pronuntiatur. Et licet nulla ibidem commemoratio fiat Laicorum, at tamen æqualis ratio æquale jus in Laicis desiderat. Enimverò immunitas à decimis, sive Episcopo sive Parocho solvendis, tam ex parte Clericorum quàm Laicorum, non est jus spirituale, sicuti nec obligatio solvendi decimas est aliquid spirituale, utpote cum alias in Laicum cadere non possit. Est igitur jus temporale, seu usurpatio naturalis libertatis, colligendi integros fructus ex agro proprio, quatenus, dum Parochus vel Episcopus jus decimandi exercere intermittit, Laicus non intendit jus illud exercere, sed tantum jure libertatis naturalis uti. Et quia igitur jus libertatis naturalis seu immunitas à Clericis respectu Episcopi præscribitur, præscribitur etiam à Clericis & Laicis respectu Parochorum. Confirmatur. Immunitas à solvendis decimis potest acquiri consuetudine, dummodò Parochis aliunde de congrua sustentatione provium sit per cap. ad Apostolicæ Sedis 20. ibi: quoniam à diversis diversa tenetur consuetudo cap. in aliquibus 32. §. illa quippe de Decim. Gonzalez ad idem cap. 20.

419 *cap. 20. ibi.* Ergo etiam Præscriptione acquiri potest: tum quia consuetudo & Præscriptio in ordine ad acquisitionem plerumque æquiparantur arg. cap. super quibusdam 26. de V. S. tum quia Præscriptio, utpote à privatis ut plurimum introduci consuevit, minus Parocho præjudicium generat, quàm consuetudo, à tota communitate, quæ tali introduci solita P. Engel de Decim. n. 47. tum quia in d. cap. 20. consuetudo probabiliter pro Præscriptione accipitur: quotiescunque enim jus proprietatis auferitur uni, & conferitur alteri, Præscriptio est, non consuetudo; sive deinde à singularibus sive ab universitate (quæ tunc per-

sonam privatorum assumit) id contingat. Gonzal. cit. loc. per longum.

Neque dicas: idem jus acquirunt Laici 422 præscribentes immunitatem à solvendis decimis, quòd habebant decimatores Parochi. Sed Parochi habebant jus decimandi spirituale. Ergo idem jus spirituale Laici requirunt.

Resp. enim cum diff. major. idem jus acquirunt Laici privative, conced. major. positive, neg. major. & concessa minore, sub eadem diff. neg. & conced. conieq. Præscriptio siquidem privativa non producit jus in præscribente, sed jus in eo, contra quem præscribitur, existens, perimit.

Contrarium docuit Rebuffus quæst. 13. n. 55. 424 à P. Wex d. g. n. 10. Relatus, cum aliis, quos tacitò nomine refert Covarruv. loc. cit. eà persuasus ratione, quòd decimæ sint Juris Divini, adeòque nullam unquam Præscriptionem vel consuetudinem auferibiles. Sed quia in tr. de 425 Pers. Reb. & Fur. Eccles. to. 2. lib. 3. docebimus, decimas solum materialiter, prout sustentationi Parochorum deserviunt, esse Juris Divini: hinc etiam in eo duntaxat sensu Præscriptio submotà foret. In casu autem, quòd 426 salva manet Clericorum alimentatio, contra Covarruviam ubi supra Præscriptionem immunitatis non solum inter particulares sed ipsam quoque communitatem concedimus. Ratio namque, quæ Virum consummatæ jurisprudentiæ ad statuendam distinctionem inter particulares & communitatem permovet, quòd nimirum, admittis generalis à contribuendis decimis exemptionem, tollatur recognitio, Sacerdotibus, spiritualia ministrantibus, debita, Arnoldo Rath sufficienter non videtur: cum passim consuetudine probatum sit, ne de certis fructibus, v. g. pomis, foeno, herbis &c. decimæ solvantur; ut adeò & in reliquis fructibus idem fieri possit. D. Rath loc. cit. lit. a.

§. III.

De Jure decimandi extraordinario, seu quoad Novaliã.

427 **N**ovalia aliquando propriè, aliquando impropriè accipiuntur. Novalia propriè accepta dicuntur loca, quæ prius omninò sterilia, modò ad culturam sunt redacta, aut puta, si ex sylva extirpata, vel palude exsiccata ager fiat; aut si fundus, qui ab hominum memoria jacuit incultus, denudò colatur cap. quid. per Novalia 21. de V. S. Novalia impropriè accepta, nuncupantur loca, quæ nullò quidem tempore fuerunt sterilia, alios tamen fructus olim tulerunt, ac modò ferant: v. g. si ex vinea & prato ager; aut econtra ex agro vinea aut pratum ortum fuerit.

428 De Novalibus, in utraque acceptione consideratis, disceptatur, an earum decimæ tum activè tum passivè, seu quoad perceptionem & solutionem una cum ordinariis decimis prædiorum fertilibus præscribantur? E. g. percipit aliquis per tempus; à Lege definitum, ex omnibus prædiis frugiferis competentes

decimas, absque eo quòd decimas novalium unquam collegerit, fortè quia tunc temporis nulla colebantur: quæritur, an cum decimis prædiorum, noviter cultorum, censentur præscribere? Item alius per 40. annos 429 nunquam percolvit decimas ex prædiis frugiferis, absque eo, quòd habuerit novalia: quæritur, an si post 40. annos loca infœcundata ad fructuositatem reducat, sicut erigat novalia, quoad illa & ista prædia immunitatem à solvendis decimis præscripserit?

Dico I. Qui præscripsit jus decimandi 430 activum in prædiis, fructuum decimalium feracibus, eò ipsò præscripsit etiam decimas novalium impropriè dictorum. Ita post alios Covarruv. alleg. loc. n. 13. Fagnanus ad cap. cum contingat de Decim. n. 14. P. Engel ibidem n. 11. Clariff. P. Jo. Bapt. Ebberth in Bello Juvrid. certam 8. n. 7. Constat I. ex cap. 431 commissum 4. de Decim. ubi Adrianus Papa Thomæ

Thomæ Cantuariensis Archi - Episcopo rescribens, sicut de piscibus, inquit, olim decima persoluebatur: ita nunc de eisdem, ad frugum fertilitatem translati, decimas volumus absque diminutione persolvi.

II. ex cap. cum in tua 30. eod. ubi Innocentius III. in sua Epistola ad Episcopum Beluacensem, quod si fructus, ait, præditi de terris illis proveniunt, de quibus Monasteria, seu Conventuales Ecclesie, aliquos percipiunt ratione decimarum proveniunt, eis procul dubio decimas decimas fructuum eorundem.

Et ratio est: partim quia, ut dicitur in eod. cap. cum in tua, una eademque substantia non debet diversis jure censeretur: partim quia, non obstante, quod terræ cultura mutetur, antiqua tamen substantia, quæ antecesserit non ad determinatum sed indeterminatum genus fructuum suum modò erat devincta, remanet: partim quia, qui possidet genus, possidet omnes species, sub eodem genere contentas arg. l. possideri 3. §. i. ff. de A. vel A. P. ubi dicitur, non utique requiritur, ut qui fundum possidere velit, omnes glebas circumambulet, sed sufficere quamlibet partem ejus fundi introire, dum mente & cogitatione hæc sit, ut totum fundum usque ad terminum velit possidere. Addatur textus in cap. nunc autem 1. de Rel. Dom.

434 Dico II. Qui præscripsit jus decimandi activum, decimas de novalibus propriè dictis non præscripsit. Ita præter citatos in anteced. conclus. Abbas ad cap. contingat. 29. de Decim. n. 1. Gonzalez ad cap. cum in tua 30. eodem Balbus de Præscript. 2. part. princ. quest. 2. n. 17. & 19. D. Ernest. Frider. à Something in semicentur. cen.

435 Error decim. 1. contr. 19. Textus est in cap. cum contingat 29. d. 1. ubi decimatoribus, quibus ab antiquo (hoc est, interprete Panormitano cit. loc. num. 2. ex Præscriptione) jus decimandi in Ecclesiis Parochialibus compete-
bat, denegatur facultas percipiendi novalia, si postea furrexerint, decimas. Ratio est I. quia non entis nullæ sunt qualitates. Sed in casu, quò aliquis in certis agris frugiferis præscripsit decimas, supponuntur novalia nondum extitisse. Ergo illorum decimæ nondum fuerunt. Ergo non potuerunt præscri-

436 bium, si postea furrexerint, decimas. Ratio est I. quia non entis nullæ sunt qualitates. Sed in casu, quò aliquis in certis agris frugiferis præscripsit decimas, supponuntur novalia nondum extitisse. Ergo illorum decimæ nondum fuerunt. Ergo non potuerunt præscri-

437 bi. Ratio est II. quia omnis Præscriptio strictam recipit interpretationem, atque ad non possessa non extenditur per cap. 3. de R. f. in 6. l. sine 25. ff. h. s. l. pro avo ait 1. §. 3. ff. de lino. autem priv. ubi verò decimæ ex certis, & jam antea cultis agris fuerunt præscriptæ, dici non potest, quòd decimæ novalium de agris, completa jam Præscriptione primùm colendis, fuerint possessæ. Ergo etiam dici non potest, quòd fuerint præscriptæ.

438 Quòd fuerint præscriptæ. Ratio est III. quia actioni, nondum natæ, non præscribitur. Ergo neque actioni decimas novalium repetendi, quæ de jure comuni ad Parochum pertinet d. cap. cum contingat, præscribitur ante, quam fuerint exculsa novalia: cum novalia, necdum existentia, uti non ferunt fructus, ita ad decimas obligari nequeant.

439 Obicies I. Qui habet jus decimandi ex privilegio Apostolico, habet etiam decimas no-

valium. Ergo etiam qui habent jus decimandi ex Præscriptione præsertim immemoriali, habet decimas novalium. Antecesserit, quòd plerosque Veteres Canonistas tenuisse, ex Barbosa refert P. Engel cit. tit. de Decim. num. 10. etiam ego in 10. 2. lib. 3. quando agam de decimis, admitam. Consequentia fundatur in sæpe decantato hæcenus principio, quòd privilegium & Præscriptio immemorialis parè passu ambulant.

Resp. magnam inter privilegium & Præ-
scriptionem hoc in eventu disparitatem reperiri. Idèò namque privilegium, præsertim Apostolicum, in concessione decimarum in genere comprehendit novalia, quia S. Pontifex, velut Supremus rerum Ecclesiasticarum dispensator, potest utique privilegium de percipiendis novalium decimis impertiri: & si de facto privilegium de decimis in genere impertiarit, jus percipiendi omne emolumentum, quod nomine decimarum continetur, concedere voluisse censetur: nomine autem decimarum tam decimæ de prædiis præsentibus quam futuris continentur arg. l. si servus 23. ff. de Servit. præd. Urban. l. fin. Cod. Una res pignori oblig. poss. Ergo in concessione decimarum etiam novalium decimæ censentur esse comprehensæ. At Præscriptio de-

440 scriptioem hoc in eventu disparitatem reperiri. Idèò namque privilegium, præsertim Apostolicum, in concessione decimarum in genere comprehendit novalia, quia S. Pontifex, velut Supremus rerum Ecclesiasticarum dispensator, potest utique privilegium de percipiendis novalium decimis impertiri: & si de facto privilegium de decimis in genere impertiarit, jus percipiendi omne emolumentum, quod nomine decimarum continetur, concedere voluisse censetur: nomine autem decimarum tam decimæ de prædiis præsentibus quam futuris continentur arg. l. si servus 23. ff. de Servit. præd. Urban. l. fin. Cod. Una res pignori oblig. poss. Ergo in concessione decimarum etiam novalium decimæ censentur esse comprehensæ. At Præscriptio de-

441 Obicies II. Qui præscripsit jus decimandi activum, præscripsit etiam novalia improprie dicta per num. 430. Ergo & novalia propriè dicta præscripsit: non magis enim quis potest fructus, imposterum ex prædio nascuros, possidere quoad suam speciem, quàm ad genus: ergo non magis potest præscribere decimas fructuum, qui completò jam Præscriptionis terminò succrescere incipiebant, quàm decimas novalium, quæ post expletum Præscriptionis curriculum aperta sunt.

Resp. ex num. 433. in novalibus improprie dictis, qui possidet fructus unius speciei, etiam fructus alterius speciei possidere censetur, quia possidet rem, non prout est in se, sed prout est decimabilis, seu affecta onere persolvendi decimas de omnibus fructibus, quos ferre potest. Itaque præscribendò in una fructuum specie in altera etiam meritò præscribitur una eademque res diversò jure censetur. At in novalibus propriè talibus, qui possident

442 fructus unius fundi, fructus alterius fundi ex hac præcisa ratione non possident: tum quia, qui fundum decimabilem non possidet, neque fructus decimabiles possidere videtur: tum quia fundus eatenus detinetur à præscribente, quatenus est affectus onere decimandi: fundus autem sterilis, postea per culturam ad fertilitatem & novale proprium commutatus, non est affectus onere decimandi

443 mandati: & hinc eò titulò non potest possideri. Unde hic non sequitur absurdum, eandem rem diversò jure censeretur: quia fundus sterilis & secundus non unam sed duas res constituunt. Abbas in cap. cum in tua de Decim. num. 4. Fagnanus d. loc. n. 15. dicentes, Præscriptionem non extendi ad diversam speciem in diversis subjectis seu prædiis, sed in eodem subjecto seu prædio.

444 Dico III. Qui præscripsit jus decimandi passivum, seu immunitatem à solvendis decimis prædiorum fertilium, videtur etiam immunitatem à decimis novalium, non propriè sed improprie talium, præscripsisse. Ratio utriusque partis in genere est: quòd regulariter contrarium eadem sit ratio, disciplina, & judicium: & idèò, quæ de jure percipiendi decimas Novalium dicta & scripta sunt, ad immunitatem quoque à solvendis ejusmodi decimis pertinere videantur.

445 Ratio primæ partis specialis est: quia, qui mediante Præscriptione ab obligatione pendendi decimas ex prædiis fructuariis se liberavit, non plus de immunitate & libertate sua acquisivit, quàm alter, hoc est decimator, de jure suo deperdidit. Atqui iste non perdidit jus, nisi quòd jam habuit: & jus aliud non habuit, quàm jus decimandi in prædiis decimabilibus seu ob fructuum fertilitatem decimationi obnoxii: jus enim colligendi decimas novalium aut in potentiam tantum exiit, aut ex defectu objecti & termini planè nullum fuit. Ergo ille non potuit se liberare, nisi ab obligatione pendendi decimas ex prædiis, jam ad culturam dispositis. Confirmatur. Non valenti agere non currit Præscriptio. Ergo decimatori, qui ante exculsa novalia pro novalium decimis agere non potest, non currit Præscriptio. Sed curret decimato-

446 Neque obstat priori conclusioni parti cap. 450 quia circa 22. de Privileg. ubi privilegium immunitatis à decimis solvendis, Religiosis ab Episcopo indultum, non tantum ad possessiones acquisitas, sed acquirendas etiam, adeoque ad novalia protrahitur. Exinde enim ad Præscriptionem immunitatis vel idèò argumentum non valet: quia, uti in num. 440. respondimus, decimarum vocabulò & præsentis & futuri temporis fruges comprehenduntur: & consequenter privilegium, de non solvendis decimis concessum, inspectà verborum proprietate, tam præteritas quam futuras possessiones complectitur. Id verò in Præ-
447 scriptione, quæ mensuratur à possessione, fallit: ista enim, si positiva sit, tantum proficit præscribenti, quantum possidet: & si negativa sit, tantum liberat debitorem, quantum creditor ex amissione juris, actionis, & possessionis derogat.

448 Sed curret decimato-

§. IV.

De Jure Patronatus.

449 Jus Patronatus (quod improprie dicitur, sihil aliud est, quàm jus potestas præferendi Clericum ad beneficium Ecclesiasticum) à Clericis & Religiosis præscribi posse, extra omnem controversiam est positum: siquidem in cap. cura 11. de Jure Patronatus id perspicue asseritur in Verb. nisi longè fuerit Præ-
450 scriptione munius. Quæ verba, tamen, paraphraste Gonzalez, non referantur ad jus Patronatus (quippe de quo ibidem non agitur) sed ad unionem Ecclesiarum, Monasterii sine Episcopi consensu factam; intentum nihilominus probant: si enim Religiosi, ejusdem Gonzalez assertionem, Ecclesias, suis Monasteriis illegitimè incorporatas, Præscriptionis beneficio sibi acquirunt; à fortiori jus Patronatus acquirere poterunt: cum id, in-

451 consulti etiam Episcopò, locis Religiosis donare valeant Laici per cap. illud 8. eod. tit. & ibid. idem ipse Gonzalez.

452 Hæc cum ita habeant; non levis exoritur concertatio I. an jus Patronatus à Laico P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

ri, agere non valenti, in dato casu Præscriptio, si ille, qui immunitatem pendendi decimas in prædiis frugiferis præscripsit, in novalibus etiam prædiis eandem immunitatem præscripsisse censetur. Ergo.

Ratio secundæ partis specialis est: quia 449 obligatio solvendi decimas in debitore non potest longius durare, quàm facultas petendi in creditore persistat. Sed facultas petendi decimas novalium improprie talium in creditore, seu decimatore, intra 40. annos non exercita expirat: quia, dum decimas viliorum fructuum in fundo colligere negligit, nobiliores fructus, eodem in fundo postea progenitos, petere nequit, ex quo una eademque res diversò jure censeretur. Ergo etiam obligatio solvendi decimas novalium improprie talium diutius non perdurat, quam facultas seu jus decimatoris.

Neque obstat priori conclusioni parti cap. 450 quia circa 22. de Privileg. ubi privilegium immunitatis à decimis solvendis, Religiosis ab Episcopo indultum, non tantum ad possessiones acquisitas, sed acquirendas etiam, adeoque ad novalia protrahitur. Exinde enim ad Præscriptionem immunitatis vel idèò argumentum non valet: quia, uti in num. 440. respondimus, decimarum vocabulò & præsentis & futuri temporis fruges comprehenduntur: & consequenter privilegium, de non solvendis decimis concessum, inspectà verborum proprietate, tam præteritas quam futuras possessiones complectitur. Id verò in Præ-
447 scriptione, quæ mensuratur à possessione, fallit: ista enim, si positiva sit, tantum proficit præscribenti, quantum possidet: & si negativa sit, tantum liberat debitorem, quantum creditor ex amissione juris, actionis, & possessionis derogat.

448 Sed curret decimato-

§. IV.

De Jure Patronatus.

449 Jus Patronatus (quod improprie dicitur, sihil aliud est, quàm jus potestas præferendi Clericum ad beneficium Ecclesiasticum) à Clericis & Religiosis præscribi posse, extra omnem controversiam est positum: siquidem in cap. cura 11. de Jure Patronatus id perspicue asseritur in Verb. nisi longè fuerit Præ-
450 scriptione munius. Quæ verba, tamen, paraphraste Gonzalez, non referantur ad jus Patronatus (quippe de quo ibidem non agitur) sed ad unionem Ecclesiarum, Monasterii sine Episcopi consensu factam; intentum nihilominus probant: si enim Religiosi, ejusdem Gonzalez assertionem, Ecclesias, suis Monasteriis illegitimè incorporatas, Præscriptionis beneficio sibi acquirunt; à fortiori jus Patronatus acquirere poterunt: cum id, in-

451 consulti etiam Episcopò, locis Religiosis donare valeant Laici per cap. illud 8. eod. tit. & ibid. idem ipse Gonzalez.

452 Hæc cum ita habeant; non levis exoritur concertatio I. an jus Patronatus à Laico P. SCHMIEB JURISPR. CAN. CIV. TOM. I.

da; quandoquidem ex generali S. Pontificis privilegio Laici quoque ad juris Patronatus possessionem elevati sunt, veluti in *cap. 1. 2. & 3. de Jure Patronatus*. supponitur, & ex *cap. decernimus 32. cap. Monasterium 33. XVI. quasi. 7. cap. Abbatem 4. XV. II. quasi. 2.* colligitur. Ergo æquè à Laico quam à Clerico Jus Patronatus præscribitur.

457 Confirmatur I. ex Concil. Trid. *Sess. 25. de Reformat. cap. 9.* ubi ex multiplicatis præsentationibus, per antiquissimum temporis cursum, qui hominum memoriam excedat, continuatis, præsumitur titulus foundationis aut donationis; sique in effectu admittitur. Præscriptio juris Patronatus: neque ibidem distinguitur, siue Ecclesia libera vel non-libera; siue Patronus Clericus, vel Laicus; quin potius in principio illius capituli S. Synodus generaliter de fidelibus, Jus Patronatus influentibus, loquitur. Ergo nostrum non erit distinguere, vel generalem Concilii dispositionem in particularem commutare.

458 Confirmatur II. quia, quæcumque possunt acquiri quoad dominium vel aliud jus reale aut personale, sunt obnoxia Præscriptioni: revidentur dicta à *num. 1. hujus cap.* Sed Jus Patronatus potest transire in dominium Laicorum per *cap. ex literis 7. cap. cum laici 10. cap. cum saeculum 13. de Jure Patronatus*. Ergo etiam præscribi.

459 Neque dicat: in Concil. Trid. *de cap. 9. de ref. Sess. 25.* sub pena excommunicationis prohiberi, ne Jus Patronatus venditionis aut aliò quocumque titulo in alios contra *Canonicas sanctiones transferre quis præsumat*: unde videtur inferri, omne commercium in Jure Patronatus, & consequenter etiam Præscriptionem hodie sublata fuisse.

460 Resp. enim, per dicta verba nihil esse novi dispositum, sed Jus antiquum duntaxat renovatum in *Verb. contra Canonicas sanctiones*; nempe ut Jus Patronatus vel venditionis vel aliò oneroso titulo separatim in alium non transferatur; remanente interim facultate, illud Jus vendendi cum universitate bonorum, aut aliò titulo gratuitò in alium transferendi, cum id *Canonice sanctionibus* non repugnet. Conferatur Barbofa in *Collectan. ad d. loc. Trid. n. 81. & de Off. ac pot. Episcopi alleg. 72. n. 31.*

461 Dico III. Jus Patronatus etiam in Ecclesia libera à Laico præscribi potest. Hæc conclusio videtur æquidem contra torrentem DD. navigare, per ea, quæ habet Covarruv. *cit. §. 10. & num. 8.* docetur tamen à Joanne Andrea in *cap. querelam 24. de Elect.* supponitur ab Emanuele Gonzal. *ad id. cap. in not. n. 4. recipitur à Barbofa de Off. & pot. Episcopi alleg. 72. n. 68.* Card. de Luca de *Jure Patron. dist. 56. n. 25.* Schambog. *ad h. n. 18.* pronuntiat verior ab ipso Covarruv. imò in praxi recipienda suadet, cò saltem casu, quò dubium est, an Ecclesia à parochianis vel extraneis fuerit extructa: tunc enim propter obsequia, quæ parochiani Ecclesiæ impendunt, & alia quæra,

quæ ad ejus utilitatem in dies præstare & portare solent, Præscriptionem in persona Laicorum non improbandam censet. Probat. 462 batur conclusio, cum ex *num. 45. §. seq.* ubi rationes propositæ perinde quadrant in Ecclesia libera & non-libera; tum ex *cap. querelam 24. de Elect.* ubi contentione ortà inter Cardinalem quandam & Clericum, ab aliqua communitate ad beneficium Ecclesiasticum præsentatum, Innocentius III. pro decisione interpellatus, pro Clerico respondit: *quia populus quasi in possessione presentandi Clericum ad illam (Ecclesiam) existebat, quando prædictum Clericum ad illam elegit, non obstante, quòd Cardinalis Ecclesiam, in qua est institutus Clericus, liberam esse, utpote plebeano jure sibi subditam, prætenderit.*

Unde non quadrat responsio Adversario- rum, qui cum Fachinò *lib. 8. Controvi. cap. 24. n. 8.* præfatum textum de consuetudine interpretantur, moti ob verba sequentia in principio *d. cap. querelam*, posita: *sed ipse per electionem populi, ad quem de antiqua consuetudine pervenit electio.* Quòd enim textus iste non de consuetudine, sed Præscriptione accipiendus sit, patet I. quia Clericum in beneficio non firmat ratione quasi- possessionis juris præsentandi, panes communitatem existentis: possessio autem in Præscriptione, non in consuetudine, consideratur. II. quia controver- sia inter Cardinalem & Clericum ex contextu *de cap.* tantum in possessorio & non simul in petitorio vertebatur: cum quæstio proprietatis, tanquam separatim tractanda, fuerit reservata. Ergo de consuetudine proprie dicta textus intelligi nequit, utpote cum Jus Patronatus, consuetudine legitima introductum, quæstioni proprietatis non amplius subjaceat. III. quia toties judicatur esse

Præscriptio, quoties Jus aliquod uni admittitur, & alteri (sive persona sit privata, sive persona sit publica, sive integra communitas) acquiritur: sola namque Præscriptio tendit ad extinctionem juris proprietatis in uno, & acquisitionem in aliò; consuetudo autem ad cassationem vel introductionem Legis in genere, absque respectu ad unum aut alterum in particulari ordinatur, ut pluribus adstruit Gonzalez in *n. 461. allegatus*; & in præfati casu optimè declarat Balbus de *Præscript. l. part. §. princ. quest. 9. n. 7.* cum Abbate in *cap. cum Ecclesia Sarrina 3. de Caus. poss. & propriet. n. 46.* Revideatur *cap. 1. n. 39.*

Dico III. Laicus potest Jus Patronatus etiam in Ecclesia Collegiata præscribere. Sic in formalibus concludit Covarruv. *loc. cit. n. 4.* secutus Joannis Andrea opinionem, quam esse communiorum proloquitur. Concludunt idipsum Barbofa de *Off. & pot. Episcopi l. cap. 3. n. 33. & seq.* & Tamburin. de *Jure Abb. 10. l. disp. 7. q. 5. n. 1. & seq.* Probatur. 468 Potest Laicus in constructione aut donatione Ecclesiæ Collegiata Jus præsentandi Prælatum sibi reservare, saltem accedente Episcopi consensu per *cap. nobis suis 25. de Jure Patron.* ubi

ubi Laico Patrono quidem aufertur potestas, in Ecclesiis Conventualibus eligendi Pastorem, sed cum limitatione, nisi aliter de sua jurisdictione obtineat, ut partes suas interponere debeat electioni tractanda; quæ verba nobilissimus Commentator Gonzalez *ad cap. Sacrosancta §. 1. de Elect. n. 10.* ita explanat, nisi ex Jure dicto & lege conventa in ipsa Ecclesiæ fundatione aut donatione Patronus Jus habeat, sed suas interponendi in electione, id est, præsentandi Prælatum in ipsa Ecclesia, non ut videatur perinde illum eligere, sed tantum præsentare, ut instituatore vel eligatur: neque enim Laicus tempore electionis vel foundationis Ecclesiæ, accedente quoque Episcopi consensu, Jus eligendi sibi reservare potest: cum illum habilem reddere ad spiritualia obtinenda, tantum possit Romanus Pontifex *cap. bene 1. dist. 96. & d. cap. Sacrosancta.* Et sic etiam exponi debent textus in *cap. decernimus 32. XVI. quasi. 7. cap. Abbatem 4. XVIII. quasi. 7.* dum de electione Laicorum mentione faciunt.

470 Confirmari potest conclusio: quia Laici generaliter sunt habitati ad Jus Patronatus, non habito respectu ad Ecclesias Collegiatas seu Conventuales, aut non-Collegiatas seu non-Conventuales; sicutque eadem ratio pro utroque Ecclesiarum genere, ut videlicet, Laici magis magisque excidentur ad fundandas, ædificandas, & dotandas Ecclesias, dum vident, ex earum fundatione, ædificatione, & dotatione, non tantum copiosa in cælis merita, verum etiam prærogativas non spernendas in terris sibi reservari. Quod etiam ex Concil. Trid. *Sess. 25. de reform. cap. 9.* colligitur, ubi, dum ab initio Jus Patronatus absolute admittit ex fundatione vel dotatione Ecclesiæ, vel possessione temporis immemorialis, postea omnes alios acquirendi hujus Juris modos in Ecclesiis prohibet, *exceptis Patronatibus, super Cathedralibus Ecclesiis competentibus &c.* Laici adhuc dum habiles ad Jus Patronatus in Ecclesia Collegiata (qualis solet esse Cathedralis) reputantur. Stante autem Laicorum habilitate, nil ob stare agnosco, quò minus Jus præsentandi in Ecclesiis Collegiatis præscribere valeant.

472 Apparebit fortassis ex ipsa ratione decidendi in *num. 469.* ratio negandi conclusionem. Dum enim ibidem Jus eligendi à Laicis removimus, videtur eòdem, si non majori titulo, Jus præsentandi ad Ecclesias Collegiatas à Laicis removendum esse: cum in effectu nihil intersit, præsentaverit, an elegerit Laicus;

§. V.

De Concordatis Germaniæ.

478 Concordata Germaniæ ratione objecti, nimirum beneficiorum Ecclesiasticorum, circa quæ versantur, non immerito inter res spirituales numerari, & describi possunt, quòd sint pæctio solennis inter Nicolaum V. Pontificem Maximum ex una, & Imperatorem Fridericum III. cæterosque Germaniæ Pro-

imò ex præsentatione, quam solus instituit, majorem ostendat auctoritatem, quam in electione, quæ ex plurium suffragio substantiam capit.

Sed, re penitus inspecta, magnum utique discrimen inter electionem & præsentationem invenitur: electio namque (ut verbis doctissimi Jusquelezi utar) est longè potentior & fortior, Jusque magis spirituale quam præsentatio tribuit: electio enim dirigitur proximè ad electum, ipsique Jus ad rem confert *cap. in causi. 30. §. quia vero de El. unde inter electum & Ecclesiam, ad quam eligitur, spirituale Matrimonium initiatur & inchoatur cap. cum inter 21. eod. tit.*

At vero præsentatio ad Ordinarium dirigitur, à quo præsentatus omne Jus per institutionem assequitur *cap. quod autem §. cap. relatum 21. de Jure Patron.* & per præsentationem non inchoatur aliquod Matrimonium spirituale inter præsentatum & Ecclesiam, ad quam præsentatur, sed omne Jus spirituale ex institutione Episcopi provenit.

Item per electionem, publicatò serutinio, electo ita Jus acquiritur, ut eligentes amplius variare nequeant *cap. publicato §. 8. de Elect. cap. quam sit 6. eod. in 6.* quòd non contingit in præsentatione: nam Patronus Laicus, etiam publicatò jam præsentatione, potest variare, alium præsentandò *d. cap. quod autem §. de Jure Patron.*

Deinde electio intimatur electo, antequam à Superiore confirmetur, ut cognoscatur, utrum admittere, an repudiare illam velit *d. cap. quam sit 6.* quòd in præsentatione non procedit, quæ directè ad instituentem dirigitur; & ita nihil refert, utrum præsentatus consenserit ante institutionem, cum per hujusmodi consensum nullum ipsi Jus acquiritur. Cum ergo ita differat præsentatio ab electione, licet ratione Juris Patronatus Laici præsentare possint (in Ecclesiis Collegiatis) tamen eligere non possunt: sicut ex eo, quòd possint in aliis Ecclesiis præsentare, non sequitur, quòd possint eligere. Hactenus ferè Gonzalez. *ad d. cap. sacrosancta §. 1. de Elect. n. 3.*

Ex hac conclusione colligit Covarruv. *d. 472. loc. num. 5.* Catholicos Hispaniarum Reges, etiam à Romanis Pontificibus nullum accepissent privilegium præsentandi Episcopos ad Ecclesias Cathedrales, posse titulo optimò Jus illud sibi asserere ex titulo Præscriptionis: nunc nempè in Ecclesiis Cathedralibus, à se aut ædificatis, aut dotatis, per plures annos Episcopos præsentarunt.

§. V.

De Concordatis Germaniæ.

ceres tum Ecclesiasticos tum sæculares ex altera parte, de dignitatibus & præbendis Ecclesiarum Germaniæ concepta, ad bonum & tranquillitatem Nationis Romano-Germanicæ.

De his unicam, & instituto nostro non absonam quæstionem enodabo: utrum Præ-

scriptio quidpiam circa illorum abrogationem vel immutationem valeat? Casus enim non unus evenire potest, ut Episcopus aliquis per immemorabile tempus omnes Canonice in Ecclesia sua Cathedrali, etiam in mensibus Papalibus, vacantes; vel praebedas, & dignitates eorum Canonicorum, qui actuales S. Pontificis erant Officiales, adeoque secundum Concordata Germaniae post vacaturam Summae Sedi reservatas, conferre consueverit: ubi quaestio enascitur, an eo temporis lapsu facultas ejusmodi praebedas & Canonicatus liberè conferendi censetur praescripta?

480 Affirmative respondet Zypaeus lib. 3. cons. ult. 3. num. 38. ad tit. de Praebend. P. Engel ibid. num. 54. P. Wiestner ibid. num. 71. ac novissime Clarif. P. Schmalzgrueber ibid. num. 257. Rationes pro hac conclusione sunt istae. I. quod Praescriptio contra Germaniae Concordata nullibi Gentium videatur proscripta: ut proinde ad communem Praescriptionis regulam confugiendum, ac definiendum sit, eandem esse permittam. II. quod indubie S. Pontifex in Concordatis Germaniae, quantum in favorem proprium demandat, dispensare, & Episcopus Germaniae privilegium de conferendis dignitatibus & praebendis sibi reservatis, indulgere possit, veluti de facto per primas preces Imperatoribus est concessum, etiam ad beneficia, Sedi Apostolicae in Concordatis reservata, personas idoneas nominandi. At, quae privilegio in alios transmittuntur, etiam Praescriptione transferuntur. Ergo &c. III. quia in contrarium unica stat ratio, quod talis Praescriptio in praedictum Supremae Potestatis vergeret; quae tamen vel ex eo non subsistit: quia Praescriptio centenaria contra Sedem Apostolicam, ab ipsi Romanis Antistitibus est concessa, per textus clarissimos in cap. ad audientiam 13. cap. cum vobis 14. cap. si diligenti 17. b. 1.

Negative respondent Branden ad Concord. 483 Germ. q. 2. & seq. Nicolarts ibid. 3. dub. 2. §. 3. Pirhing ad tit. de Praeb. num. 363. Reiffenstuel ib. n. 541. quorum praecipuum argumentum est, quod propter decretum irritans, Concordatis annexum, seu clausulam, qua omnes actus contrarii irritantur, neque titulus, neque bona fides, neque possessio, ceu necessariae ad praescribendum conditiones, possint convenire. Verum hoc argumentum imprimis quoad titulum non procedit, de Praescriptione immemoriali; deinde etiam in Praescriptione adversus Concordata tam titulus, quam caetera conditiones adesse possunt, utpote cum aliquis putativum privilegium S. Pontificis ostendat, & illius vigore prudenter existimare valeat, sibi competere jus, beneficium aliquod Apostolicum conteriendi.

SECTIO IV.

De Rebus & Juribus Publicis & Principalibus.

SUMMARIUM.

485. Explicatur jura publica. 486. & seqq. Eorum varietas. 491. Inducitur status quaestio. 492. & seqq. Praemittitur illius resolutioni distinctio inter Jura Majestatis intrinseca & extrinseca. 495. & seqq. Intrinseca non possunt à subdito qua tali nullo tempore praescribi. 500. & seqq. Bene tamen à subdito, ut desinat esse subditus. 505. & seqq. Extrinseca possunt à subdito qua tali praescribi. 514. & seqq. Solvuntur obstantia. 519. & seqq. Admittitur jus supremae provocationis. 521. & seqq. Afferitur ratio pro illius Praescriptione. 523. &

seqq. Concluditur adversus Praescriptionem. 527. & seqq. Respondetur ad rationem contrariam. 529. & seqq. Insinuatursus imponendi tributa & vectigalia. 531. & seqq. Utrumque est praescribibile. 534. & seqq. Objectiones diluuntur. 540. & seqq. Etiam immunitas ab eorum exactione praescribi valet. 543. & seqq. Resp. ad l. 6. Cod. de Praescript. 30 annor. 544. & seqq. Explicatur & dividitur Jurisdicchio. 547. & seqq. Afferitur, & demonstratur, quod possit in tota sua latitudine praescribi.

§. I.

De Juribus & Rebus Principis in genere.

485. Res & Jura, quibus praesentem Sectionem consecramus, non eo titulo, quod in prima Sectione hujus cap. dicuntur publica, puta ab usui, ad quem sunt destinata; sed à persona publica, Principe videlicet, cui debentur. D. Henric. Canilius in disp. Jurid. de usucap. & praeser. cap. 4. th. 80.

486. Haec Res & Jura in quinque Classes distinguunt Auctores cum Covarruv. d. part. 2. §. 2. num. 7. In prima constituantur res, Principis fisco aut jam illatas, aut delatas tantum; quod pertinent bona vacantia, bona proscripto-

rum, bona reorum criminis laesae Majestatis &c. In secunda collocantur res & jura, quae Principi in recognitionem Supremae Potestatis & Majestatis reservata sunt: qualia sunt jura Majestatis intrinseca, de quibus statim; item Corona, Sceptrum, Pomum Imperiale &c. In tertia ponuntur jura, quae Principi quidem non in signum potestatis supremae reservantur, attamen in typum dignitatis & praeminentiae Principalis competunt, qualia sunt in nostra sententia jura Majestatis extrinseca. In quarta sedem assignant, rebus

rebus & juribus, quae Principis ut Principis sunt, nihilominus de jure communi privatorum esse possunt, ut v. g. pacua, sylva; agrograe &c. In quinta demum classe residentiam tribuunt illis rebus, quae Principes non quae tales, sed qua privati possident: forte quia ex successione legitima, donatione, aut alio titulo acceperunt.

491. Quod prima, quarta, & quinta classis bona ad obiectum Praescriptionis referri debeant, non credo, quempiam ex Jureperitis dubitasse, propter textus in §. res fisci 9. Inst. l. jam pridem 2. Cod. Commun. de Usucap. l. omnes 4. l. competit 6. Cod. de Praeser. 30. vel 40. annor. Solimodò in temporis determinatione aliqua superest controversia, quam in cap. seq. sect. 4. complanabimus. De bonis verò, in secunda & tertia classe numeratis, discipetur, an Praescriptionis imperium penitus dedigerunt? Ubi

492. Notandum est, bona illa ab aliis vocari jura Majestatis, quia nempe Principi, aut alteri, Supremam in Republica Potestatem habenti, competunt. Dividuntur in jura Majestatis intrinseca & extrinseca. Jura Majestatis intrinseca sunt, quae à persona Supremae Potestatis ista dependent, ut ab eadem, salva illius substantia, & (si loqui fas est) in consensu commposito separari, ac communicari aliis nequeant. Talia sunt jus ferendarum Legum publicarum, jus creandi Reges, Duces, Marchiones, jus supremae Advocatiae, jus restituendi famam & natales pro toto saltem Imperio &c. Jura Majestatis extrinseca nuncupantur, quae, salva Majestate & Potestate Suprema, in alios derivari possunt. Ejus generis sunt jus creandi Magistros & Baccalares, jus aggregandi seu relaxandi poenas facinorosis hominibus debitas, jus imponendi collectas, jus territoriale cum omnibus inde sequentibus juribus &c. de quibus Publicistae.

494. Ab aliis Jura Majestatis Regalium nomine insigniti solent, vel quia Majestas omnium optime in Regno & Rege est conspicua, Regnumque omnium Rerum publicarum antiquissima & laudatissima est species; vel quia Regalium Jura exercere quis illico potest, simul atque ad Regalem dignitatem evectus fuerit. Henricus à Rosenthal de Jure feud. cap. 5. conclus. 1. num. 4. Gabriel Sweder Introduct. in Jus publ. part. spec. sect. 1. cap. 4. num. 2. Et quod nos per Jura Majestatis intrinseca, illi per Regalia majora intelligunt: pariter quod nos per Jura Majestatis extrinseca, illi per Regalia minoria comprehendunt. Videatur cum citatis Sixtinus de Regalibus cap. 2. à n. 2. Jam ut è diverticulo ad regiam redeam,

495. Dico I. Jura Majestatis intrinseca à subdito qua tali nullius temporis, etiam immemorialis, Praescriptione acquiri possunt. Ita passim DD. cum Covarruv. cit. §. 2. n. 8. Brunnem. ad l. 2. Cod. commun. de usucap. num. 4. Balbo de Praeser. sec. p. §. princ. q. 1. n. 3. Einsidel de Regal. cap. 4. n. 69. Carpz. de Regal. cap. 4. aph. 5. Schambogen ad h. l. §. 4. f. m. 300. D. Franz

ibidem num. 28. D. Ertlin palast. Aulico. Jurid. de Juribus Princip. Exercit. 80.

Ratio est I. Implicat, subditum non esse subditum. Ergo etiam implicat, jura Majestatis à subdito qua tali praescribi. Conseq. prob. Jura Majestatis intrinseca pro num. 492. nequeunt à Majestate separari, atque, ut non nemo scripsit, sunt sacra sacrorum; sunt affixa Principi, veluti stella firmamento, aut ossa corpori; sunt coronae & scepro annexa, velut gemma annulo. Ergo non possunt à subdito usurpari, quin subditum exuat, & in partem aut consortium Supremae Potestatis advocetur. Ergo nequeunt à subdito qua subdito praescribi. Confirmatur. Jus 497 exigendi collectas publicas nequit ullà Praescriptione, etiam immemoriali, abrogari l. competit 6. Cod. de Praeser. 30. vel 40. annor. non alia de causa, ac quia est jus Majestatis intrinsecum, & in signum Supremae Majestatis Summo Principi reservatum Balb. d. l. n. 2. Abbas in cap. ad audientiam 13. b. r. n. 18. Ergo eadem censura de aliis Majestatis juribus intrinsecis est terenda.

Ratio est II. Lex Praescriptionis, sive ab ipse famet Natura, sive à Gentibus, sive alio Legislatore nata & creata dicatur, non potest evertere principem Principis Potestatem: neque enim aut Natura in Principe vanum sine Potestate simulacrum effingere aut effigurare voluit; aut Gentium consensum autoritatem Imperantis in discrimen praecipitare intendit; aut Princeps ipse Legem Praescriptionis, seu recipiendò seu condendò, delatam sibi à Republica Majestatem alteri cedere potuit. Ergo Lex Praescriptionis efficere non potest, ut jura, quae Majestatem in sua essentia constituunt, ad unum ex subditis perveniant.

Ratio est III. Nulla Praescriptio positiva currit cum mala fide. Ergo à subdito qua tali jura Majestatis praescribi non possunt: qui enim se agnoscit subditum, non potest salva justitia & fide bona sibi talia arrogare jura, quae cum statu & conditione subditi consistere nequeunt.

Notanter autem haecenus de subdito qua tali disputatio series tenebatur. Utrum enim subditus ita valeat praescribere Summam Potestatem, seu jura Majestatis intrinseca, ut non amplius maneat subditus, sed ipse evadat Supremus? Non minus arduum, quam ambitionis quaestionem vocat Clarif. D. Braun de Imp. merito & mixto cap. 1. §. 5. n. 24. Quo in puncto cum eodem D. Braun, Covarruv. ubi supra num. 10. Balbo cit. loc. quib. 2. num. 4. §. 5. & 6. Vasquio Inst. contro. cap. 82. per tot. Vitriario Inst. l. 1. p. l. 2. tit. 4. num. 1. affirmativè suffragium meum dedico. Ratio est: quia, tamen haec Praescriptio Jure forsitan Civili ignota & incognita esset, jus tamen Gentium ob boni publici stabilitatem exegit, ut, qui tempore saltem immemoriali in Regno aut Provincia Summae Majestatis jura exercuit, transactò illò tempore, supremum dominium & regiam potestatem praescripsisset.